



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sermones Breves Super Omnes Dies Festos Per Annum**

Oder Kurtze Red-Verfassungen Auff alle Feyer-Täge der Heiligen Gottes/  
wie auch Kirchweyh-Predigten deß gantzen Jahrs/ Welche also  
eingrichtet/ daß manchesmahl Zehen unterschiedliche Predigten/ auff  
einen Feyertag zu gebrauchen

**Troyer, Fortunat**


**Würtzburg, 1691**

Reverendissimo, Celsissimo Ecclesiæ Brixinensis Episcopo S. R. I. Principi,  
Domino Domino Joanni Francisco &c &c. Domino meo Clementissimo

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54801)

REVERENDISSIMO, CELSISSIMO  
ECCLESIAE BRIXINENSIS  
EPISCOPO  
S. R. I. PRINCIPI,  
DOMINO  
DOMINO JOANNI  
FRANCISCO  
&c. &c.

Domino meo Clementissimo

Tibi, non alii, sisto praesentem hunc laborem meum, Princeps Celsissime. Tibi, non alii illū inscribo. Tibi, non alii illū confecro. Tibi enim non alij is debetur: quia Festivalis est. Tu ergo, qui Domini  
( 2 pascis

## DEDICATIO.

pascis gregem , Dominico gregi aptum  
haud aspernaberis pabulum.

Fateor, laborem meum si spectes, exile  
est quod offero. At novi, Princeps Celsis-  
sime, sic Te dignari magna, ut tamen par-  
va non dedigneris , vel ideo jure meritissi-  
mo factus Maximus, quia Te , semper Ma-  
gnum, nunquam non fecisti minimū, mini-  
māque magni semper facis. Quidni ergo &  
meus labor hic, à felicet parvus & exilis, à fi-  
ne tamen suo (quem sibi unicā præfixit do-  
minici gregis salutē, Deique honorem) ma-  
gnus, quidni, inquam, ad Te aspiret, Do-  
minici gregis Pastor Magne, divinique ho-  
noris Zelator maxime?

Tu igitur, ad Te accedenti, gratiarum  
portam pande, ingressum non occlude. Tu

in

## DEDICATIO.

in lucem publicam prodeunti, esto Lux & Dux. Lux, ut obtrectatorum tenebris non obducatur. Dux, ut tuis sub Auspiciis, Dei honorem, proximique salutem, assequi cum unice velit, Te Duce possit.

Cum hac eadem exigua elucubratione mea me quoque, totumque Novacellense Collegium meum, in gratiarum tuarum sinum admitte, Celsissime Princeps, admisumque clementissime conserva, serosque in annos, lætissimosque soles, Deo, Tibi, Tuisque diu vive, & vale. Hoc ex devotissimo corde vovet.

Reverendissimæ & Clementissimæ  
Celsitudinis tuæ

humillimus & obsequentissimus

FORTUNATUS PRÆPOSITUS.